



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

manifesta turpitudinis, & confessionis sit nolle iurare, nec iuramentum deferre, ut supra dictum fuit. Et per prædicta concludendum est, quod in casu nostro nullo modo standum est assertioni, & iuramento Seia, quantumcunque religiosissima, honestissima, & pudicissima mulieris, sed stari debet probationi factæ per testes super copula carnali Titij primi mariti, non ad uersantibus ijs, quæ supra in contrarium adducebantur, quibus ex prædictis rursus clara colligitur. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Creditor si debitori tanquam heres universalis succedat, iura ipsius creditoris tolluntur, & confunduntur.
Nisi cum beneficio legis, & inventarij hereditatem adierit, numero 10.
- 2 Vxor tanquam heres marito suo succedens, creditrix dotium suarum esse definit, & dotes cum patrimonio mariti confunduntur.
Et an dotes suas deducere, & ab alijs bonis separare possit, n. 11.
- 3 Vxor tanquam heres mariti si pro filiabus dotes, & ultra dotes omnia bona hereditatis promittit, sibi per hanc promissionem quo ad dotes suas, præiudicauit. Contra, n. 12.
- 4 Res alienum appellatione bonorum deductum censetur, secus si de bonis, & de hereditate mentio fiat: quid si mentio facta sit de bonis hereditatis, n. 6.
- 5 In promissione, & obligatione generali bona, & iura dotalia non continentur, maxime si mulier plura alia bona ultra dotalia habeat.
- 6 Filia in certis rebus à patre instituta, & iussa stare tacita, & contenta, & quod plus de bonis suis petere non possit, dotes mater nas sibi à patre debitas petere potest.
Idem si dictum sit, quod plus de bonis sue hereditatis petere non possit, secus, si dictum esset de bonis, & de hereditate suas numero 9.
- 7 Verba demonstratiue posita non possunt stare dispositiue.
- 8 Iuramentum facit actum alias de iure inualidum firmum, & utilem.
- 9 Promissio ex causa dotis, & matrimonij facta absque insinuatione, & solemnitate ualet.
- 10 Tertio absenti an, & quando ex facto, & gesto alterius illius nomine cum aliquo contrahente ius acquiratur, nec locus sit reuocationi, aut penitentia, & n. 32. & 33.
- 11 Dotis futura nomine, aut quando nupsit, mulieri dari promissum, seu mandatum, ante nuptias, & re integra reuocari non potest.
- 12 Verba & amplius quando repetitionem non inducant.
- 13 Repetitio nulla fieri dicitur, quando est rerum diuersitas, licet sit personarum identitas, & due sint orationes perfectæ.
- 14 Promittat si quis dotes in una oratione perfectæ, & postea in alia oratione seorsum his uerbis, & amplius ultra dotes promittat omnia bona, &c. secunda promissio non dotis, sed donationis, causa facta intelligitur.
- 15 Donatio causa mortis ex mentione mortis non censetur, quando ex alij contrarium apparet.
- 16 Donatio contrahi potest etiam sine uerbo dono.
- 17 Contractus non seruata forma statui factus, dicitur ipso iure nullus, & inualidus, nisi esset iuratus.
- 18 Iuramentum super contractibus appositum quando statim annulantibus contra ius etiam iuratos sine certa solemnitate factos non aduersetur.
- 19 Iuramenta vi, seu metu, aut dolo præstita iurantem non obligant.
- 20 Instrumentum potest ex dispositione statuti falsum præsumi ex eo, quod non fuerit registratum.
- 21 Contractus bonæ fidei ob dolum dantem causam contractui est ipso iure nullus, at stricti iuris actione de dolo rescindi potest.
- 22 Promissio, seu conuentio gratuita super dispositis in testamento facta quomodo, ut ualeat, fieri debeat.
- 23 Dispositioni, & solemnitati. l. de his. ff. de transact. an, & quomodo renuntiari possit.
- 24 Absolutio à iuramento ad effectum sue promissioni contraueniendi conceditur ob solemnitatem, & formam non seruata.
- 25 Enormissima læsio facit contractum etiam iuratum posse, uel dici nullum, uel actione de dolo rescindi.

- 31 Promittens nomine hereditario alicuius, à quo sit heres institutus, censetur ad testamentum relationem habuisse, ac modo & forma in testamento contentis promississe.
- 32 Dotis promissio ad fauorem mulieris absenti facta etiam reuocari non potest.
- 33 Res, uel locus, ex quibus res debita solui debeat, si exprimeatur quando demonstratiue, & quando taxatiue, seu dispositiue re dicantur, ut si locus, uel res expressa pro satisfactiue rebiti non sufficiat, de alijs rebus sit satisfaciendum, uel seu.

E P I T O M E.

Vxor, quæ heres marito successit, si pro filiabus promittat dotes, & ultra dotes omnia bona mobilia & immobilia hereditatis dicti sui mariti, sibi quoque dotes suas, & hypothecam, quam illarum occasio in bonis mariti habebat, non præiudicat, quin eas deducere, & ab alijs bonis separare ualeat, & ex reliquis postea dotes promissas, aliudque æs alienum solui possit.

Promissio ab uxore, quæ marito heres successit, amplius ultra dotes pro filiabus promissas cum iuramento hereditario nomine facta, de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus hereditatis mariti seruata forma, & solemnitate statuti loci disponentis, quod non seruata forma tradita contractus etiam ratas censetur simulatus, fictitijs, ac metu, & dolo factus, ipso iure non ualuit, uel actione de dolo rescindi potest, maxime si promittens ex ea fuerit enormiter læsus.

Et tanto magis reuocari potest, si filiabus absens, etiam notario pro illis stipulante facta fuit, & adhuc ante illarum ratificationem sit integra.

Promissa si sint mille in una oratione, deinde in alia oratione separata promissum sit pro dictis mille in luto assignare tot bona in certo loco, si bona illius ad integræ dictorum mille satisfactionem non sufficiant, & c. promissio de alijs bonis promittentis suppleri debet.

C O N S I L I V M XXXVII.

Iso instrumento conuentionum inter Magnificam do. Dariam ex una, & do. Giannellum de Fauentia ex altera initarum inter ipsos filios inter filias dictæ do. Dariæ, & nios præfati do. Giannelli contrahendis cum promissione dotium, & apparatusum dictarum filiarum per do. Dariam ipsi Giannello facta, & ultra dotes promissione etiam de relaxandis, & dandis omnibus bonis mobilibus, & immobilibus hereditatis Magnifici Comitris Andree Bernardoni post obitum ipsius do. Dariæ dictis filiabus suis; necnon iuxta statutum civitatis Fauentiæ sub rub. 25. lib. 7. visaq; informatione tam in iure, q; in facto litium, & differentiarum inter ambas partes uertentium, super dubijs propositis breuibus utar. Primo. n. dubitatur, an do. Daria promittendo dotes, & omnia bona mobilia, & immobilia hereditatis olim dicti do. Andree sibi præiudicauerit quoad suas dotes, & hypothecam, quam occasione suarum dotium in bonis dicti do. Andree olim mariti sui habuit. Secundo an promissio, quam fecit do. Daria de omnibus bonis, ut supra, fuerit ipso iure nulla, uel saltem tanquam inualida rescindi, & reuocari possit. Tertio, si contingat bona, siue possessione posita in comitatu Castri Bononiensis non esse idonea pro satisfactione integrali dictarum dotium, utrum iocer, ac filii sui possint ad bona alibi sita pro complemento satisfactionis dictarum dotium recursum habere. Quarto, præsupposito, q; de alijs bonis dotes sint complende, & supradicta promissio de relaxandis omnibus bonis &c. ualida fuerit, num do. Daria ante integram solutionem, & satisfactionem dictarum dotium facienda de alijs bonis hereditatis dicti olim D. Andree mariti sui prius dotes suas deducere, & separare possit ad effectum.

effectu, ut de illis liberè disponere valeat. ¶ Redeo ad primū, in quo prima frōre vñ dicēdū esse, q̄ D. Daria, quoad dotes suas sibi praeiudicauerit, promittēdo omnia bona, ut supra, nam qui omnia dicit, nihil excludit. Iulianus. ff. de leg. 3. ac ēt quia ex quo d. Daria in solidū fuit heres uniuersalis dicti olim D. Andreae mariti sui, & illius hereditatem adiuit, sequitur, q̄ oīa iura, quae rōne dotiū suarū sibi cōpetebant, fuerunt per additionē hereditatis in totū cōfusa, & extincta, adeo q̄ amplius dos sua nō pōt esse in aliqua consideratio ne, qm̄ qn̄ creditor succedit debitori, tollitur, & cōfunduntur iura ipsius creditoris. l. stichum. §. aditio. ff. de solu. l. cū secūdū. C. de fideicō. l. si debitori. cum gl. C. de pac. l. si indulta. C. de har. act. l. licet. C. ad leg. falci. l. si ab eo. C. de neg. gest. & l. si debitori creditor. ff. de fidei. ¶ Et si uxor creditrix sui mariti illi tanquā haeres successerit, desinit esse creditrix dotiū suarū, quia cōfunditur dos cū patrimonio mariti. arg. l. sed si plure. §. si filio. ff. de uul. & pupi. per Bar. in l. bona. col. 2. in prin. ff. de bon. pol. tit. generali. ergo ¶ si uxor tanquā haeres mariti sui pro filiabus suis dotes duorum milliū, ac etiam ultra dotes omnia bona hereditatis post eius mortem promiserit, ipsa dotes suas de ducere non poterit, quia per huiusmodi promissionē sibi quo ad dotes suas praeiudicasse vñ, cū hereditatis appellatione iura, & actiones comprehenduntur. l. 2. §. non solum. ff. de hare. uel act. uend. l. 3. §. hereditas. ff. de bono. pos. & ibi Bar. l. nihil. ff. de verb. sig. & l. haereditas. ff. de reg. iur. ¶ Secundo promittendo bona hereditatis non videtur D. Daria reseruasse dotē suā tanquā as alienū, quia ¶ et si bonorum appellatio intelligatur deducto ere alieno. l. subsignatū. §. bona. ff. de uerb. sign. Bar. in l. vt iurifurandi. §. si liberi. in fi. uer. ff. de ope. liber. Bar. in l. non amplius. §. cū bonorū. ff. de leg. 1. l. si quis seruum. in fi. ff. de leg. 2. tñvbi cū que facta fuit mentio de bonis, & hereditate, tñ nō cēsetur deductū as alienū, sed dos ēt sub illa mētionē comprehenditur, Bal. signanter in l. liberti, liberteq̄. col. 6. & 7. C. de oper. lib. ergo cū in casu nostro D. Daria promiserit omnia bona hereditatis, censetur etiā uoluisse cōprehendere, & obligare dotes suas, & iura, quibus dotes peti poterunt, q̄a hereditatis appellatione, ut iā dixi, iura actiue, & passiue continentur. d. l. nihil aliud. ff. de uerb. sign. Bar. in d. l. vt iurifurandi. §. si liberi. in fin. ¶ Præmissis tñ non refragantibus, ¶ nam insam de iure ueriorē esse existimo, primo quia ¶ in promissione, & obligatione generali bona, & iura dotalia non continentur. Alex. in l. si cōstare. §. si maritus & ibi Cyn. Dyn. & Bal. ff. sol. matri. cum non sit uerisimile, q̄ mulier, quae hēt alia plura bona ultra dotalia, obligando generaliter bona, uoluerit ēt dotes suas obligare, ex quo de illis nullā fecit mētionē in dicto instrumento, & si illas cōprehendere uoluisse, facile ei fuisset hoc dicere. l. si seruū. §. nō dixit prator. ff. de acq. hare. l. unica. §. si nāt ad deficientis. C. de caduc. toll. c. ad audientia. extra de deci. & hęc interpretatio sumēda est, ne fortē contingat ipsā D. Dariam remanere indotatā. l. obligatione generali. ff. de pig. & arg. l. 1. ff. sol. matrim. l. si ego. §. si res. ff. de iure dotium. ¶ Secundo ¶ Do. Daria promittendo oīa bona hereditatis olim Do. Andreae sui mariti censetur uoluisse obligare solum bona, deducto ere alieno, quia bonorum appellatio es alienū non cōprehendit. d. l. subsignatū. §. bona. ff. de uerb. sign. cum alijs: ergo non censetur uoluisse as suū dotale cōprehendere, & huius cōclusioni optimē conuenit doctrina Bar. in d. l. ut iurifurandi. §. si liberi. iunctis ijs, quae uoluit Bal. in l. liberti, liberteq̄. col. 6. cum seq̄. C. de oper. libert. ubi si testator filiam suā in certis rebus instituerit, & iussit ipsā stare rācitā, & cōtentā, & q̄ plus de bonis

suis petere non possit, utrū ipsa filia possit dotes maternas, q̄ sibi à patre debebantur petere, &cludit Bart. ibi, q̄ sic, qm̄ cum de bonis testator mentionē fecerit noluit cōprehendere as alienū, & sic dotes maternas à patre debitas, idē si dictū fuisset, & q̄ plus de bonis suae hereditatis petere non possit, qm̄ dicēdo de bonis suae hereditatis, illa uerba stant demonstratiue, & iō uerba illa suae hereditatis non disponūt, quia ¶ uerba, q̄ stāt demonstratiue, non pnt stare dispositiue, Bart. in l. inter stipulantē. §. sacra. ff. de uerb. oblig. & in l. cēturio. col. antepen. uer. qm̄ iuxta pramissā. ff. de uul. & pupil. Fel. in c. sup. literis. col. 3. & in c. ad audientia, il. 2. col. 3. de reser. Perinde ergo est, ac si de bonis simpliciter, & dispositiue facta esset mētio, sicuti si dictū fuisset, & qd de bonis suis, &c. Quorū bonorū appellatione nō censet as alienū, ut supra, inclusū, sed exclusū, ¶ secus si testator dixisset, & q̄ plus petere nō possit de bonis, & de hereditate sua, & sic mentio de hereditate facta fuisset dispositiue, prout facta fuit illa mentio de bonis, nam tunc filia dotes maternas petere non posset, tanquā illae essent comprehensae sub uerbis prohibitiuis, quia sub nomine hereditatis as alienū, & alia iura actiue, & passiue cōprehenduntur. d. l. nihil. & d. l. hereditas. & est de mēte Bal. in d. l. liberti, liberteq̄. col. 7. uer. aut dixit, relinquo centum pro oī iure, quod hēt in hereditate, &c. & ibi in uerfi. quid ergo, si filia cedit oīa iura, quae hēt super hereditate, &c. ubi sit hęc dīa, an de bonis suis, an uerō de hereditate sua mentio fiat idē est de mēte Bar. in d. l. nō amplius. §. cū bonorū. & in d. l. qui seruū. in fi. ¶ Nō obstant illa, quae ex aduerso supra allegata fuere, & in primis, q̄ cū ipsa D. Daria fuerit instituta haeres uniuersalis in totū, oīa iura, quae ipsa prius habebat sup bōis mariti sui pro dotibus hypothecatis, per additionē hereditatis dñr confusa, & extincta: similiter, & dotes suae, quae dñr suū patrimoniū. l. pomponius philadelphus. ff. fami. herci. confusa cēsentur cū patrimonio sui mariti, & de huiusmodi confusione unū, & idē patrimonio ipsius D. Daria effectū fuit per predicta: & iō cum promiserit oīa bona, sub hac promissioe ēt dotes suae cōprehensae unū, ut iā dictū fuit, nā huius motiuo, quod est potissimū partis aduersae, responderi pōt, primo, q̄ licet negari non possit, quin per additionē hereditatis confusa dicantur iura oīa, q̄ ipsi D. Daria cōpetebant rōne dotiū suarū, & cuiuslibet alterius cāe, cum idē nō possit esse creditor, & debitor respectu eiusdē rei. arg. c. fi. extra de instit. c. per nostras, & ibi gl. de iure patro. & c. ut debitū. extra de baptis. tñ qn̄ creditor tanquā haeres uniuersalis successit debitori, & hereditatē adiuit cū beneficio legis, & inuentarii, tunc iura ipsius creditoris, & hypothecae nō dicunt cōfusa, sed integra creditori reseruata, per tex. in l. fi. §. in cōputatione. C. de iur. delib. & in auth. de here. & falc. §. hic nobis. & ¶ indiuiduo in hac specie hoc uoluit Bal. in l. debitori. C. de pac. Præterea ¶ quando uxor creditrix mariti rōne dotiū suarū fuit à marito haeres uniuersaliter instituta, & hereditatē simpliciter adiuit, nō cōfecto inuentario, licet ēt in casu isto iura dotium fortē dicantur confusa. d. l. cum secundum. cum alijs supra allega. tamē ius deducendi, & separandi ab alijs bonis dotes, non censetur confusum, quin mulier dotes suas deducere possit, & de alijs bonis legata, aliud quae as alienū soluere, & hoc fauore dotis, ne cōtingeret ipsam remanere indotatā, ut de hoc est casus singularis in l. unica. §. igitur. & ibi scribentes. C. de rei uxor. actio. & argumen. d. l. si ego. §. si res. de iure dot. ergo ¶ uerum erit dicere, q̄ iura domine Dariae non sint taliter confusa per additionem hereditatis, quin ipsa dicatur dotes suas precij uas, & ab alijs tēris separatas habuisse, & ideo sub promissione omnium

- bonorum potuerunt non contineri dotes, ne mulier indotata remanere dicatur, cum non intelligatur facta compensatio, nec confusio effectualis. d. l. unica. §. primum itaq; iuncta d. l. si ego. §. si res. ¶ Non aduersat id, quod secundo loco principaliter adducebatur, quia argumentum illud forte procederet, si D. Daria promississet omnia bona, & hereditate sui mariti, nam promittendo hereditatem, dotes quoque, seu iura dotalia fuissent comprehensa, quia hereditatis appellatione iura continentur, secus autem si promississet, prout promissit omnia bona hereditatis, cum bona dicantur deducto aere alieno, ut iam dictum fuit. ¶ Aggredior secundum illam ualidam fuisse, & seruandam, maxime ratione iuramenti, quod facit actus alius de iure inuoluntarium firmum, & utilem, auct. sacramenta puberum. C. si aduersus. uend. c. cum contingat. c. de debito. de iureiur. c. quauis. de pact. l. 6. & c. licet. de iureiur. eod. lib. ¶ Secundo promissio uel facta ex causa matrimonij, & sic ex causa dotis filiarum suarum, arg. l. fancimus. C. de nupt. ergo ualida censetur, & si in illa non interuenerit statuti solennitas, nec infinuatio, ut ex fine dicti statuti colligitur, & arg. l. fin. C. de iur. dot. cum ijs, quae ibi scriben. uolunt. ¶ Tercio si D. Daria, quae pro filiabus absentibus, focero omnia bona hereditatis promissit, non potuit dictam promissionem reuocare, praesertim cum illa facta esse fecit ex causa dotis. l. si a focero. & ibi Bal. C. de iur. dot. Alex. post illos, quos alleg. in l. qui Romae. §. flauius. col. 9. in fi. quinti casus. ff. de uer. obl. ubi etiam id, quod factum, & gestum est cum aliquo contrahente nomine tertij absentis, illi tertio non acquiritur nisi sequuta ratihabitione, taliter quod re integra, hoc est ante sequutam ratificationem reuocari possit. l. si ego. C. de neg. gest. l. absentis. & ibi Bar. ff. de donat. & in l. qui absentis. in prin. ff. de acquir. poss. Pau. Cast. in l. illud. col. 2. uer. ultimo allegatur. C. de sacros. eccle. tam si pro absente notarius, ut publica persona fuerit stipulatus tunc tertio absenti ita acquiritur, quod non est locus poenitentiae, nec reuocationi, ut in d. l. si a focero. & ibi Bal. Alex. in d. §. flauius. & d. l. absentis. Praterca si a me fuit mandatum alicui, ut id, quod acceperat, det, seu assignet certae mulieri, quam nupserit, ante nuptias contractas, & sic re integra non possum illud reuocare, & hoc favore dotis, ne mulier indotata remaneat. d. l. si ego. §. si res. ff. de iur. dot. & hinc per Alex. in d. l. q. Romae. §. flauius. ¶ Contrarium autem in casu occurrenti de iure saluari potest, praesupponendo, quod promissio facta per D. Daria de omnibus bonis hereditatis relaxandis post eius mortem, facta non fuit ob causam dotis, sed simpliciter ultra, & prater dotis causam, ut innuunt uerba illa in instrumento apposita ibi, & amplius D. Daria ultra dotes predictas, & c. promissit, & c. haec. n. uerba, & amplius sine pronomine demonstratiuo facta sunt comparationem actus ad actum, seu rei ad rem, ut non solum dicantur promissae dotes, sed et promissae dicantur omnia bona aliter, quam pro dote. l. si seruus. §. qui ita. & ibi Bar. ff. de leg. 1. non autem faciunt repetitionem qualitatis praecedentis, quia licet sit identitas personarum, tamen est rerum diuersitas, quo casu nulla dicitur fieri repetitio, quam duae sunt orationes perfectae Bar. in l. in repetendis. col. 2. uer. quae est identitas personarum, sed rerum diuersitas, & c. ff. de leg. 3. in iudis ijs, quae habentur per Bar. in l. si tibi pure. co. tit. & in d. l. si seruus. §. qui ita. Hoc stante, cum promissio omnium bonorum facta fuerit de per se, & seorsum a promissione dotis sine repetitione qualita-

tis praecedentis, & sic facta sit sine causa, debet intelligi facta donationis causa, arg. l. 2. §. 1. cum gl. ff. de excep. d. l. iudis no. per gl. in uerb. causam. in l. generaliter. C. de no. nume. pec. ubi promissio facta simpliciter ab eo, qui sciebat nullam causam adesse, censetur facta donationis causa: quod quidem ex eo probatur, quod facta fuit filiabus propriis. Et quamuis illius executio, & effectus non seruatus fuerit ad tempus, quo ipsa D. Daria mortuafuit, & sic post eius mortem, non tamen dicitur donatio causa mortis, quia sola mentio mortis non facit donationem causa mortis, quam ex aliis contrarium apparet. l. ubi in donatur. & ibi hinc ff. de dona. cau. mor. sed plura arguunt in casu nostro, hanc promissionem non esse donationem causa mortis, primum, quod facta fuit cum infinuatione, non requiritur in donatione causa mortis, secundum, quod facta fuit coram tribus testibus tantum, cum in donatione causa mortis quinque testes interuenire debeant, & tertium probatur in l. si. C. de dona. cau. mor. Item, quia si donatio huius potest, & si uerbo dono, quis non sit uetus. l. si. ff. de dona. in fi. & arg. not. per gl. in d. l. 2. §. 1. ff. de excep. doli. & in d. l. generaliter. in uer. causam. Et quis D. Daria haeres a marito instituta grauata fuerit bona hereditatis filiabus suis post mortem suam restituere, & consequenter D. Daria non uideatur ex uoluntate sua promissionem hanc fecisse, sed potius, ut impleret uoluntatem testatoris, & sic ex necessitate sibi iniuncta, arg. l. postea diuus. Insti. de fideicomm. haered. cum ibi not. & consequenter non uideatur posse dici donationem continere, quia donatio dicitur id, quod fit nullo iure cogente. l. donari. ff. de dona. & ff. de reg. iur. tamen ex quo ipse fuit grauata de restituendo non simpliciter, sed eueniente casu, quo illa ab intestato decederet, satis dicitur promissio ab ipsa ex quadam liberalitate facta, quam in casu, quo faceret testamentum, non dicebat grauata filiabus restituere. arg. l. generaliter. in prin. C. de instit. substit. sub cond. fac. quo fit, ut dicta promissio tamquam ex liberalitate facta possit dici donationem in se continere per praedicta: si autem dicamus hanc promissionem omnium bonorum donationem, siue promissionem factam ob causam continere, uidelicet, ut matrimonium, de quo in dicto instrumento, effectum sortiretur, tunc tendendum esset, an huiusmodi promissio ualida fuerit, necne, uel saltem fuerit reuocabilis: & quod ualida fuerit, & reuocari non potuerit, faciunt ea, quae iam dixi in prin. huius secundi dubij, maxime propter iuramentum in praedicta appositum. ¶ Ex aduerso autem, quod fuerit inutilis, & inualida, multipliciter ostenditur, & primo quod ex defectu solennitatis a statuto requisita, quod statutum in promissionibus, & obligationibus mulierum requiritur alia praesentiam, consensum, & auctoritatem duorum agnatorum, seu cognatorum, si agnati haberi non possint, uel duorum uicinorum mulieris, si agnati, & cognati non extarent, possidentium bona immobilia in ciuitate, uel comitatu ciuitatis Fauentiae, & iurantium, & c. Sed tres fuerunt dicto in instrumento promissionis factae per D. Daria praesentes, quorum unus non fuit agnatus, nec cognatus, nec et uicinus, sed amicus olim mariti sui, quis bona immobilia in comitatu ciuitatis Fauentiae possideret, qui uocatur D. Antonius de Spatis, ergo non est idoneus: alius et inter fuit dicto in instrumento solennitatis dicti statuti: alius uero, qui adhibitus fuit pro obseruatione solennitatis uocatus Antonius Maria Zoletus assertus cognatus, possidebat bona immobilia in ciuitate, & comitatu Fauentiae, solus uero idoneus ad consentendum, & auctorizandum ipsi Dominae Dariae pro promissione praedicta facienda, ergo manifeste constat, dictam promissionem

fuisse factam non seruata forma, nec solennitate dicti statuti, quia solus unus ex tribus fuit, qui idoneus ex dispositione statuti erat: & consequenter inferitur, quod dicta promissio omnium bonorum debuit ipso iure dici nulla, & inualida. argum. Iulianus. §. si quis rē. ff. ad exhiben. & per not. ab Alex. in l. i. ff. de libe. & post huius glo. in c. consiluit. extra de usur. Bart. in l. cum hi. §. cam. & in §. si prator. ff. de transact. Bal. in l. i. col. an. repen. verū. quare iuratur. C. qui admitti. & Bart. in l. cū lex. col. 3. verū. sed iuxta prædicta. ff. de fideiussio. & idē Bar. & Alex. in l. si non fortē. in prin. ff. de cond. indeb. nisi p̄ctus fuisset iuratus, quia statutū laicorum non potest rōne alicuius defectus p̄ctum iuratum annullare, ut per Bar. in l. oēs populi. q. 2. 3. quæst. princ. ff. de iust. & iur. Doct. communiter in c. cum contingat. ubi latē per Imol. extra de iureiuran. Bal. in auth. sacramenta puberum. col. 2. verū. sed quare & c. C. si aduers. vend. in l. nō dubium. in ultima oppositione. C. de legibus. & in l. 2. q. 9. C. de rescinden. uend. & plenē per Alex. in l. si. ff. qui satisda. cogant. & in consil. 39. vol. 4. & fidei solent fieri statuta ad effectum, ut iuramentum super contradicibus appositum non aduerteretur dispositioni statutorum, quod si minor, seu femina contrahat, non adhibito consensu duorum, seu trium propinquorum, contractus etiam iuratus censetur simulatus, & fictitious, ac metu, & dolo factus, ut noluit Bart. in d. omnes populi. in d. q. 2. & sequitur Bal. in d. auth. sacramenta puberum. p̄ quam præsumptionē probatio fieri non potest, & consequenter per statutum hoc in casu dī inducta præsumptio iuris, & de iure. argum. c. is, qui fidem. de sponsa. ita enim statutum hoc ualidum est, atque seruandum, quoniam sic non dicitur iuramentum tollere, nec illi derogare, sed ex causa uim iuramenti annihilare censetur, ut illo nō obstat posset contrahenti contractui iuratio ratione metus, seu doli, cum iuramentum ui, seu metu, aut dolo præstita iurantem non obligent. d. c. cum contingat. d. auth. sacramenta puberum. d. c. quamuis. de pact. in d. 6. d. licet. de iureiuran. eo. lib. & q. per statutum laicorum hoc introduci possit, ultra Bart. in d. l. omnes populi. in d. 2. q. 3. princ. qui hoc expresse dicit, & ultra Bal. in d. auth. sacramenta puberum. crebro istud tenet Doct. ut per Salic. in d. auth. sacramenta puberum. col. pen.

23 argum. d. auth. nam si statutum potest etiam instrumētum falsum præsumere ex eo, quod non fuerit registratum. Bal. in c. i. §. si quis. ff. de feud. fuer. cōtrouer. & ideo in casu nostro dicendum est, quod promissio, seu contractus de omnibus bonis in se ualuerit, sed possit rescindi actione de dolo, aut quod merus causa, tanquam dolo, seu metu iniustus, ut per totum ff. & C. de eo, quod met. caus. Immo si uerum est, quod statutum posset dolum præsumere in casu prædicto, ut supra, quare

26 opinio est recepta, si intelligamus illud de dolo dante causam contractui, prout uerba generalia statuti innuunt, uerum erit dicere, quod contractus dicatur ipso iure nullus, si sumus in contractibus bonæ fidei. l. eleganter. in princ. ff. de dolo, & ibi Bart. si uerō præsupponamus contractum istum esse stricti iuris, tunc ratione doli poterit actione de dolo rescindi. l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. & ibi gl. & Doct. & sic in utroque casu contractus in casu nostro cum effectu inualidus ob defectum solennitatis statuti diceretur. ¶ Alia quoque ratione promissio omnium bonorum inualida dici potest, quia in illa non seruata fuit alia solennitas

27 à iure cōmuni inducta, nam quoties contractus, seu promissio gratuita fit super dispositis in testamento, tunc in ipso contractu debet expressa mentio fieri de contentis in testamento, dicēdo, uisus, lectus, & intellectus uerbis testamenti, aliis pactis, seu cōuentio nō tenet. l. de his. & ibi gl. & Bar. ff. de transact. An autem

28 tunc solennitati renunciari possit per partes credentem, quod cum iuramento expresse illi renunciari possit, ut uolunt Canonista, maxime Io. de Imo. in d. c. cum cōtingat. & Alex. in d. l. de his. in apostill. sed tacite, et si contenta in testamento sciuerint, secus est: & hoc modo intelligat illud, quod inquit Bar. in d. l. de his. referendo super hoc uarias sententias, quare hoc modo ad cōcordiam reduci possunt. Et istud sequitur Castr. in d. l. de his. asserens Doct. crebro hoc sequutos esse, & faciunt not. per Alex. post alios, qui plura allegat in l. qui romæ. §. duo fratres. post Bar. in §. q. princ. col. 40. circa si. cum seq. & licet in 4. & §. q. Alex. post alios nolit, quod solennitati d. l. de his. cum iuramento renunciari possit, post Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussio. & Io. de Imo. in d. c. cū cōtingat. tñ hoc est uerū, quoniam expresse fuisset cōtentis in testamento cū iuramento renunciatur. Itē & in casu, in quo mulier nō esset metu, uel dolo, et p̄sumpto inducta, secus si metu, uel dolo saltem p̄sumpto inducta esset, prout cōtingit in casu, de quo agitur, ut supra dictū est, quoniam iuramentum non obligat iurantē, qui dolo, uel metu esset inductus. d. c. cum cōtingat. d. c. licet mulieres. & d. c. quāuis. Quinimmo etiam tenēdo simpliciter, quod p̄ctus fuit iuratus, intelligatur renunciatum solennitati. d. l. de his, ut latē per Alex. in d. l. de his. in apostill. & latius in d. l. qui romæ. §. duo fratres. in 4. & §. q. col. 39. cum sequenti, & seq. tñ hoc non obstante poterit absolutio à iuramento peti, & cā iusta illā concedendi erit hæc, quod forma d. l. de his. seruata non fuerit, & tunc cōcessa huiusmodi absolutectione poterit mulier, quæ promissionē gratuitam fecit, promissioni contrahere. Ita notanter inquit Alex. in d. §. duo fratres. in §. q. col. 41. verū. & posito & c. qui hanc declarationem plenē confirmat: Sed in casu occurrenti nō fuit adhibita forma. d. l. de his, nec illi fuit expresse renunciatur, sed simpliciter promissio de omnibus bonis fuit iurata, & ex illa do. Daria læsa reperitur, & prius, quā ageret, & ueniret cōtra dictam promissionem, impetravit habilitationem, seu absolutectionē à iuramento, ergo sumus in casu, in quo licuit dicte do. Dariae suæ promissioni, ut supra, factæ contrahere. ¶ Quod autem ex promissione prædicta omnium bonorum præfata do. Daria læsa fuerit nō solum enormiter, sed etiam enormis, & enormissimē constat, quia excepta dote sua in toto læsa reperitur per ea, quæ pulcherrimē notant do. Ant. & Abb. in simili in c. quinquauallis. extra de iureiuran. & ego dixi in repetitio. c. i. de restit. in integr. declarādo, quæ dicatur læsio enormis, enormior, & enormissima post Io. de Imo. & Bar. ut uideri pōt, & nulli dubium est, quod læsio in toto contingens censetur enormissima. Quod autē do. Daria in toto, ut supra, læsa fuerit ex sua promissione, patet, quoniam in recōpensationem eorū, quæ promisit, nihil pecuniarū consequuta, nec consequutura est: & cū promiserit omnia, & quæcūque bona mobilia, & immobilia hereditatis sui mariti, quæ longē excedunt valorem dotium suarum, concurrente huiusmodi læsione simul cum aliis supra relatis, quæ annihilant, & elidunt uires dictæ promissionis, abique dubio dicendum erit, quod do. Daria possit agere, ut contractus rescindatur, ad tradita per Dec. in consil. 180. vol. 1. & per Moder. repetentes Perusinos in d. auth. sacramenta puberum, cum plura uincula magis strinant, quā unum simplex. c. i. de treg. & pace. & auth. itaq. C. commu. de successio. ¶ Augetur difficultas, stante huiusmodi enormissima læsione, quæ est manifesta, quoniam & si do. Daria post eius mortē à testatore fuerit grauata filiabus restituere, non tamen simpliciter, sed si ipsa ab intestato decederet, igitur cōdito testamento non potuit ad restituendū dicta bona cogi, sed illa secundum uoluntatem ipsius ad hæredem

redē suum ab ea institutū trāsmittēre potuit, propter
 30 quod infertur, q̄ dicta promissio ob illā enormissi-
 mā lēSIONē ipso iure potuit dici nulla, uel saltē om-
 nino actione de dolo est rescindenda. argum. d. l. ele-
 ganter. in princ. & d. l. si quis cum aliter. cum ibi not.
 per glo. Bar. & Alex. & alios. ff. de verb. obli. quia enor-
 missima lēSio, quā in contractu interuenit, dolo ex
 proposito equiparatur. argu. l. omnes. §. lucius. ff. quā
 in fraud. cred. & traditur per Bar. in l. societatem. §. ar-
 bitrorum. cum sequenti. ff. pro socio. & scribentes in
 d. c. quinquauallis. & tetigi in dicta mea repetitione d.
 c. 1. de restit. in integrum. & habetur per Modernos
 Perusinos repeten. in d. auth. sacramēta puerum. si-
 cut ergo ratione doli ex proposito contractus saltē
 in effectū uitiatur iurib. supra allegatis, & dixi in d. c.
 1. nec non in repetitio. c. ad nostram. de empt. & uen-
 dit. ita & ex huiusmodi dolo, qui ex enormissima lē-
 sione resultat per prādictā, non obstante iuramento
 ipsius do. Daria, tū quia ab illo ipsa fuit absoluta, seu
 habitata, tum etiam quia iuramentū in cōtractu ap-
 positum, si in eo dolo interuenit, non obligat iuran-
 tē, ut supra sapius dictum est. ¶ Quin immo attentari
 potest, q̄ et si contra dictā promissionem factā de om-
 nibus bonis nihil de prādictis opponi posset, & in se
 ualida foret, quod expressē negatur per iam dictā, tū
 31 t̄ ex quo do. Daria non simpliciter nomine suo, sed so-
 lum hereditario nomine dicti Comitis Andreae sui
 mariti promisit, sequitur, q̄ ipsa tanquam haeres solū
 promittendo uoluerit uoluntatē defuncti exequi, &
 eo modo, quo ille disposuerat, & non aliter, cū ulte-
 rius in dicta promissione nō processerit, & consequē-
 ter cum do. Daria promiserit solum post mortē suam
 filiabus restituere illa omnia bona, si ipsa ab intestato
 decesserit, non aut si testamentū fecerit, & de illis bo-
 nis aliter disposuerit, prout etiam testator disposue-
 rat, sequitur, q̄ promittendo hereditario nomine, ut
 supra, censetur habuisse relationē ad ea, quā in testa-
 mento disposita fuere, uidelicet, ut ipsa tanquam ha-
 res, & hereditario nomine post mortem suam resti-
 tuere teneatur modo, & forma in dicto testamento
 contentis, & non aliter, quia omnia dicta in disposi-
 tione relata censentur in dispositione referente repe-
 titā. l. oēs. C. de prāscrip. 30. uel 40. anno. l. 2. & ibi Bar.
 ff. de cōiung. cum emancipa. liber. & in auth. de fi-
 liis ante dotal. instrumen. nat. cum alijs allegatis ibi p.
 Bar. & Alex. in apost. cui intelligentiā nō refragantur
 uerba dictā promissionis; & q̄ sic intelligendū nihil
 operaretur, quia dico, q̄ promissio ista dicitur aliqd
 operari plulquam in testamento contineatur, qm̄ cū
 do. Daria actione ex testamento ad restituendum, ut
 supra teneatur, modo teneatur actione ex stipulatu,
 & interest nostra plures habere actiōnes. l. filius fami-
 lias. §. uariis. ff. de leg. 1. Plura etiā alia fuerunt in pro-
 missione adiecta, quā non continebantur in dicto te-
 stamento, igitur hac interpretatio quoad dictā pro-
 missionē non v̄ extranea, & in dubio facienda est in-
 terpretatio, ut quis minus uoluerit sibi prāiudicare,
 minusque se grauare, q̄ sit possibile, iuribus vulgari-
 bus, & q̄ noluerit facultatē suam testandi, & disponē-
 di de rebus suis restringere, ac minuere, sed potius cō-
 seruare, & augere. argum. l. 1. C. de sacrosanct. eccle. l.
 si quando. in princ. C. de inoffic. testam. ¶ Rursus prē-
 supposita ualiditate dictā promissionis, citra tamen
 ueri prāiudiciū, uidetur dicendum, q̄ ex quo pro-
 32 missio facta fuit focero filiarum, quā tunc erant ab-
 sentes, pro quibus notarius, ut publica persona fuit sti-
 pulatus, do. Daria, re existēte integra, hoc est ante ra-
 tificationem filiarum, & postquam à superiore abso-
 lutionem, seu habilitationem ex iusta cā à iuramen-
 to impetrauit, prout adessē iustam causam impetran-

di appareret, ut iam dixi, potuit, & potest illam promi-
 sionem sibi prāiudicalem reuocare, argum. l. bono-
 rum. & ibi Bar. ff. rem ratam habe. & in d. l. si ego. ff.
 nego. gest. d. labenti. & ibi Bar. ff. de dona. & in d.
 qui absenti. in princ. ff. de acq. poss. Pau. de Cast. in l. 1.
 33 lud. col. 2. C. de sacrosanct. eccle. Preterea si fauore do-
 tis introductū est, q̄ traditio, seu promissio dotis fa-
 cta ad fauorē mulieris absentis reuocari non potest
 etiam re integra, & hoc, ne mulier remaneat in dota-
 ta. d. l. si ego. §. si res. ff. de iur. do. & Alex. in d. l. quito-
 ma. §. flauius. ergo regulariter uerū erit dicere, q̄ re
 integra promissio facta ad fauorē absentis reuocari
 possit ab ipso promittente, de cuius prāiudicio ager-
 batur. argum. l. ius singulare. ff. de legib. & prācipue
 hoc uerum v̄ in casu nostro, ex quo promissio facta
 fuit nō seruata statuti solēnitatē: quo casu promissio
 & iuramentū prāsumuntur dolo, & metu facta, & mi-
 ximē cū ex tali promissione magna lēSio prāfata do-
 Dariae illata fuerit: & ad prādicta optime faciunt ea,
 quā uoluit Dec. in conf. 398. uisū & c. & in conf. 397.
 inter Ioannem & c. Alciacius in l. 2. §. ex his. ff. de uer-
 oblig. qui attestatur Doc. ita cōiter tenere. & Decius
 l. contractus. ff. de reg. iur. in 6. limit. inquit, q̄ si qui
 constituat se rem possidere pro absente, pro quo no-
 tarius ut publica persona acceptauerit, & stipulatus
 fuit, possessio non acquiritur absenti, nisi sequatur ra-
 tificatione re integra, aliās si res integra esse desisset
 per reuocationem, uel aliter, non posset amplius ratifi-
 ficari. arg. d. l. bonorum. cum ibi not. per Bar. & Ban.
 in l. si uxor. §. si quis uxorem. ff. de adulteriis. Dec.
 regula semper qui non prohibet. col. 4. uerū secundu
 regula. ff. de reg. iur. Ex quibus omnibus cōcludo do-
 Dariam ad obseruantiam promissionis omnium bono-
 rum nō teneri. ¶ Et quamuis aliqua in oppositum
 supra allegata fuerint, quā prima facie ipsi do. Daria
 aduersari uideantur, tamen si diligenter consideren-
 tur illa, quā ad eius fauorem considerata fuere, cer-
 tē ex ijs clara responsio ex aduerso consideratis col-
 ligetur. Nā dum primo considerabatur, q̄ ratione iur-
 amenti sui do. Daria ad obseruantiam suā promissio-
 nis tenebatur, sanē hoc motiuum est satis debile, &
 optime illi fuit supra responsum, & ideo aliter nō in-
 fuso. ¶ Secundū fundamentū partis aduersae etiam su-
 blatū fuit, dū prāsuppositū, q̄ promissio omniū bono-
 rū non fuit facta ex cā dotis, sed solū promissio facta
 ex cā dotis de duobus millibus cū apparatibus nuptia-
 libus ualida extitit. ¶ Tertium quoq; argumētū pe-
 rum ob stare v̄, cum probauerim supra licitum fuisse
 do. Dariae re adhuc existente integra ante ratificatio-
 nē filiarum, dictam suam promissionē de omnibus
 bonis hereditariis factā reuocare. Quare quoad hoc
 secundū dubium ceteris difficilior arbitror optine-
 ad fauorē dictē do. Dariae satisfactū fuisse. ¶ Venio ad
 tertium dubiū, quod penes me omni caret difficul-
 te, qm̄ uidetur, q̄ do. Daria, quā pro dotibus filiarum
 suarū duo millia promisit, & pro diebus duobus mil-
 libus promisit insolutum assignare Giannello focero
 tot, & tantas terras ex terris cuiusdam possessionis
 sitae in comitatu Castrī Bononiensis & c. pro pretio
 taxando & c. & si terrae dictae possessionis non suffi-
 cerent, teneatur de alijs terris, & bonis hereditarijs
 dicti olim Comitis Andreae satisfacere: quoniam
 34 t̄ animaduertendum est, quod si illa uerba tradere,
 & assignare ex terris possessionis suprascriptae de-
 stant taxatiuē, seu dispositiuē, tunc si dictae terrae pos-
 sessionis suprascriptae ad satisfactionē duorum mil-
 lium nō sufficerent, damnum profectō spectaret ad
 dictas filias, quoniam illis ex alijs bonis de residuo ra-
 tificandum non esset, at si stent demonstratiuē, le-
 cus erit, quia de alijs bonis domina Daria satisfaccere
 tene-

tenebitur. & hanc differentiam quoad hunc effectum an uerba similia stent dispositiue, seu taxatiue, an uero stent demonstratiue, posuit Bar. in l. inter stipulantē. §. sacram. ff. de verb. obli. & in l. libertis. ff. de alimen. & ciba. legat. §. refert Oldradum istam differentiam cōsiderasse, & plenē habetur p dominos de Rota in antiquis in dec. 369. incipiente, Lego pro anniuersario, quos et refert, ac sequitur ad propositū Felin. in c. ad audiētiā. il. 2. extra de rescrip. col. 5. & in c. super literis colum. 3. uer. modos autem extra de rescrip. Num autem in terminis nostris illa uerba instrumēti, tātas terras ex terris possēssionis suprascriptae &c. stent taxatiue, seu dispositiue, an uero demonstratiue, seu de signatiue, colligitur ex theōrica doctorum proximē allegatorū dicentium, q̄ quādo in una oratione perfecta exprimit res promissa, seu legata, & in alia oratione subsequēti, & pfecta exprimitur locus, seu res, ex quo, uel quares debita soluēda sit, tūc sequēs clausula, seu oratio nō taxat promissionē, nec legatū, sed demonstrat, unde facilius, & sine incōmodo rei fami liaris res debita solui possit. l. qdā testamento in prin. ff. de leg. 1. l. paulo callimacho. §. si. ff. de lega. 3. & tūc si ceteres debita integraliter nō possit ex re designata solui, tamē residuū rei debita ex alijs rebus debitoris solui debet, ut ibi. Sed si utraq; res, uidelicet res principaliter debita, & res, seu locus, ex quibus solutio, & satisfactio fieri debeāt, fuerint expressae sub vna, eadē quē oratione, ut qā dictū fuerit, pmitto, uel lego centū Titio, quae sunt in arca, uel promitto 20. salmas frumenti ex tali fundo, tūc uerba denotatiua, ex qua, uel ex quibus rebus faciēda sit satisfactio, stāte taxatiue, ut omnino ex frumēto illius fundi, & nō ex alio solui debeati, quod promissum, aut legatū fuit. Et in hac sententiā inclināt legistae, & Canonistae cōmuniter, quos refert, ac sequitur Felin. in d. c. ad audiētiā, & in d. c. super literis. & Bart. etiā in d. l. inter stipulatē. §. si. c. rā, idēq; tenēt, & exēplificāt dicti domini de Rota sub tit. de testamē. in dicta decisione. 869. sed in dicto instrumēto promissionis, de quo nūc agit, in una oratione separata per dominā Dariā fuerūt promissā duo millia p dotibus filiarū suarū, deinde in alia oratione separata ipsa soluere, seu in solutū assignare. pmissit pro dictis duobus millibus tot, & tātas terras ex terris possessionis posita in comitatu castri Bononiēsis, igitur illa uerba ex terris &c. dicuntur stare demonstratiue, & expressa censentur gratia designādi, ex quibus rebus, & terris duo millia solui, & satisfieri deberēt: quo fit, ut si dictae terrae nō sufficerēt ad integrā debiti satisfactiōē, pro cōplemento debebit de alijs bonis, & terris debitoris suppleri arbitrio boni iuris, & maxime hoc est dicēdum fauore dotiū dictarum filiarum, cum omnia nobis suadeant hanc interpretatiōnem fieri debere ad effectum, ut pro dotibus nō detur minus, quam sit summa duorum millium promissā, atque relicta. ¶ Vltimum dubium ex dictis in primo uidetur resolutum, quoniam si sub promissione omnium bonorum facta per dominā Dariā non dicitur dos sua comprehensa, ut iam dixi in primo du bio, inferitur, quod antequā ipsa teneatur supplere dotē filiarum suarum ex alijs bonis hereditatis, potest, si uult, dotes suas deducere, cum per successiōem, & additionem hereditatis sui mariti nō dicatur cōsumum ius deducendi dotes suas ex bonis hereditatis. d. l. vnica. §. igit. C. de rei uxor. actio. & praesertim, qā domina Dariā habet bona hereditatis dicti olim domine Andreae sui mariti p dotibus suis per prius obli gata, ac hypothecata. l. alius uidus. C. qui potio. in pign. hab. ac etiā qā ipsa, quādo promissit omnia alia bona nō censetur uoluissē sibi quoad dotes suas praedicta re, ut iā dixi, ergo ante, quā perfectē de alijs bonis hae

reditariis satisfaciat de dictis duob. millibus, ipsa poterit ex illis bonis dotes suas deducere. Et hac sufficiat p cōplemento praefensis cōsultationis. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Verba semper ita debent intelligi, ut aliquid operentur.
- 2 Statuentium ius extra territorium eorum non extenditur.
- 3 Verba, ut, & iuxta stant similitudinariē.
- 4 Pacto id fieri potest, quod non ex lege prouisum, & cōtra id, quod lex disponit, pacisci potest, dummodo pactum non sit contra substantia contractus, uel a lege reprobatur.
- 5 Aequalitas in lucris coniugibus hinc inde post illorū mortem debitis est seruanda, & inaequalitas ad aequalitatem reducenda.
- 6 Extensiōi etiam ex similitudine rationis non est locus, nec a propria uerborum significatione est recedendum, quando omnia disposita sunt ad literam, & prout in charta continetur, seruanda, ac intelligenda.
- 7 Mobilia pro immobilibus haberi i pluribus casibus iuri admittit.
- 8 Exceptio firmat regulam, & dispositionem principalem in casibus non exceptis.
- 9 Conditione deficiente, deficit dispositio sub illa conditione facta.
- 10 Argumētū a contrario sumi potest, quoties absurdum non resultat.
- 11 Renunciatur solum iuri iam acquisito, uel debito, non autem iuri, quod nondum competit, nec debetur.
- 12 Effectus contrarij ab euentu eiusdē cōditionis resultare nequeunt.
- 13 Cōditiones plures simul copulatiue uni dispositioni adiectae debēt omnes copulatiue adimpleri, & altera deficiente, dispositio quoque deficit.
- 14 Exceptio semper debet intelligi secundum terminos, & qualitates dispositionis, a qua fit exceptio.
- 15 Clausula in fine posita ad omnia praecedentia debet referri, quādo congrua referri potest, & magis ad proxima.
- 16 Recōpensatio rem iam debitam, & acquisitam infert, & arguit.
- 17 Vtus fructus cum onere aliquid dandi, uel faciendi, uel soluēdi credituribus proprietate relinqui, aut aliter deberi potest.
- 18 Vtus fructus uni, & alteri vtus super eadem re deberi potest.
- 19 Vtus fructus omnium bonorum alicui uxori relictus, aut aliter cōcessus, quando possit ei in solidum deberi absque eo, quod aliqua pars haeredibus proprietarijs remaneat, aut consideretur, an habeant, unde se alant, & quando secus.
- 20 Casus dicitur is, qui habet se ad esse, & non esse, & ab euentu de futuro dependet.
- 21 Casus dici potest etiam id eo, quod certum est de iure, sed quoad cōtrahentes est incertum.
- 22 Conditiō, & uerba, si potuerit aliquid facere, intelliguntur & de iure, & de facto.
- 23 Bona specialiter prohibita alienari non sunt etiam ex causa dotis alienabilia: Contra num. 35.
- 24 Prohibitio alienationis expressa a testatore facta in ultima uoluntate fortior est prohibitione in contractu inter uiuos facta.
- 25 Prohibitares alienari in contractu, & inter uiuos, non potest etiā ex causa dotis alienari, contra num. 36.
- 26 Vxor infra annū a die solui matrimonij potest dotes suas super bonis hypothecatis petere, & exigere, uel saltem petere, ut declaratur super illis dotem fore restituendam, & iam durante iure vtus fructus bonorū mariti sibi iure uindictatis, aut aliter debito.
- 27 Mulieres in conuentionibus, & hypothecis inter ipsos coniuges factis sunt ualde priuilegiatae, & idē ille sunt praeside seruade.
- 28 Dos ut longiori die, quam infra annum a die soluti matrimonij restitatur, pacisci non potest, & statim finito anno, illo pacto non obstante peti potest, si in rebus mobilibus consistat, si uero in rebus immobilibus statim soluto matrimonio.
- 29 Pactum continens & fauorem, & prauidicium dotis, & mulieris, quoad fauorem est seruandum, quo uero ad prauidicium minime.
- 30 Verba enūciatiua i fauore dotis, & mulieris probāt atq; disponūt.
- 31 Mulier soluto matrimonio potest ex rebus sibi pro dotis restitutione hypothecatis fructus percipere, illosq; suos facere absq; eo, quod in fortem compensentur.
- 32 Mulier pro restitutione dotis etiam a rebus immobilibus sibi pro dote hypothecatis potest incipere.
- 33 A mobilibus pro debiti satisfactiōe prius inchoandum esse, quam ad immo-

- ad immobilia debitoris deueniatur, quādo, & quomō procedat.
- 34 Quid si bona essent expressē creditori hypothecata.
- 37 Statuta, & conuentiones partium in dubio secundum ius commune debent intelligi.
- 38 Dos etiam in nominibus debitorum assignari potest, gaudetq; iisdem privilegijs, quibus dos actualiter numerata.
- 39 Exprimi quid solum tripliciter dicitur, & quomodo.
- 40 Consensus tacitus, & fictus, non autem expressus, & uerus arguitur ex scientia, praesentia, & non contradictione, qui nō sufficit, quando consensus uerus, & uerbis expressus requiritur.
- 41 Consensus tacitus non sufficit, nec idem, quod expressus operatur, quando tractatur de aliquo obligando.
- 42 Ratificatio tacita non sufficit, quando expressa ex pacto contrahentium requiritur.
- 43 Vxor usufructuaria omnium bonorum à marito in testamento relicta, alio herede uniuersaliter quo ad proprietatem instituto, non tenetur ad solutionem aris alieni ipsius mariti, sed heredes.
- 44 Vxor usufructuaria omnium bonorum, alio herede uniuersaliter dato, nō dicitur heres, sed legatarius, & titulo particulari succedere, & ad solutionem aris alieni defuncti de usufructu non tenetur.
- 45 Pater usufructuarius bonorum aduentitiorum filij non tenetur alienum filij de usufructu, sed de proprietate soluere.

E P I T O M E.

PACTA quaedam matrimonialia inter coniuges iniuncta super iure viduitatis, seu usufructus iuxta forū Aragoniae uxori viduae ex marito sine filiis pcedēte super pluribus bonis tam in regno Aragoniae, q̄ alibi sitis contemplatione matrimonij assignatis debito, super quibus bonis, & quomodo istud ius viduitatis, seu usufructus debeat declarantur.

Vxor soluta matrimonio, & durāte usufructu bonis mariti defuncti sibi ex iure viduitatis loci, aut ex pacto, aut aliter debito, infra annum, si dos in bonis mobilibus cōsistat, & statim, si in immobilibus, potest dotes suas petere, atq; exigere, & multo magis petere, ut declaratur, in quibus bonis, & p̄ quāta parte finito usufructu praedicto, sint restituenda, quāuis pacto inter ipsos coniuges conuentum sit, q̄ in casu, quo dictum usufructu aliquo modo cōsequeretur, ipsa nō possit petere, aut exigere aliquā summā ex dote sua.

Vxor, quae ex pacto obligauit ad medietatem solutionis debitorū mariti, in quibus ipsa se expressē obligauit, seu quae expressē laudauerit, uel cōsenserit, nō tenetur ad dictā solutionē, nisi expressis uerbis cōsenserit, aut ratificauerit, aut se obligauerit, etiā si illis cōtrahēdis p̄sens fuerit, & de illis notitiā habuerit, & nō dixerit, ac usufructuaria bonorū mariti remanserit,

CONSILIVM XXXVIII.

SUPER capitulis matrimonialibus inter dominū Raymundum de Spes ex una, & dominā Ioānā de Calcena coniuges ex altera, p̄sente, uolēte, & donāte dñā Isabella Fabia initis, & cōcordatis, tria mihi se offerūt principaliter discutēda. Primū est, an ius viduitatis, qd̄ ex pacto reſeruātū fuit praefatae domināe Ioānae in, & super bonis domini Raymūdi, si illa superuixerit domino Raymūdo sine filiis, reſeruātū etiā illi censeatur sup̄ uilla de Anglesola, & super Baronia de Spes, & tenētijs de Almanfa, Villena, & Tecla &c. Secūndum, an domina Ioanna soluto matrimonio inter ipsam, & dominū Raymundū partē dotis suae pro summa aureorum octo millij ducatorū octuaginta vnus, & solidorū quatuor in censualibus, nec non solidorū nouem nullū argumētū dotis vsq; ad summā trium nullū ducatorū, aliorūq; de quibus habetur in capite 27. liberē in, & super bonis dñi Raymundi exigere valeat, an verō super bonis praedictis immobi-

libus pro restitutione dotis hypothecatis cū fructu pceptione solū insistere possit, aut saltē possit petere declarari in, & sup̄ quibus bonis dos sit restituenda. Tertiū, nū domina Ioanna ad satisfactionem medietatis aris alieni tēpore matrimonij à praefato domino Raymūdo contracti teneatur. ¶ Redeo ad primū, super quo de iure concludēdū esse arbitror, q̄ ius uiduitatis sup̄ Baronia de Spes, & p̄tinetijs illius ipsi domini Ioanna debeat, donec vidua p̄māserit sine filiis ex domino Raymūdo, q̄, ut in capitulis cōiugalibus cōtinetur, cōuētum fuit, q̄ ipsa domina Ioanna remaneret, & durāte vidua ex dicto domino Raymūdo, ius uiduitatis, seu usufructus in Baronia de Spes, & Drecos, & p̄tinetijs illius, & in medietate emolumentorum, & prouēntū de Almanfa, Villena, & Tecla, & in tribus millia solidis annuis in oppido de Samper de Carladā, & oppido de Lierta ipsi domini Ioanna (ut etiam ex foro Aragonie solet cōpetere) debeat. nec nō cōuentum fuit, ut eidē ius uiduitatis debeat super Baronia de Almanfa, Drecos, & p̄tinetijs illius, & p̄ter Pardinis de Antiano &c. & in omnibus alijs bonis supra cōtēntis, si ipsa remāserit vidua sine filiis ex dicto domino Raymūdo; sed inter alia bona cōtēnta, & enumerata supra in capitulis cōtinetur Baronia de Spes cū suis p̄tinetijs, item etiā villa de Anglesola, dum contemplatione matrimonij dominus Raymūdo assignauit oppidū de Anglesola situatum in principatu Cathalonie cū omnibus p̄tinetijs ad ipsū, ut in 12. c. ergo inferitur, q̄ ex partium cōuēntione ius uiduitatis dominae Ioānae, q̄ ut supra remāserit vidua, super Baronia de Spes &c. & super oppido de Anglesola &c. debetū esse censetur, quoniam haec sunt de expressis, & cōtēntis supra, ac etiā quia sub ista generalitate, & in omnibus alijs bonis continetur uilla de Anglesola, aliā illa uerba generalia nihil dicere tur sub se continere, cum omnia alia specificata fuerint: & uerba semper ita debent intelligi, ut aliqui operentur. I. si quādo. ff. de lega. 1. l. si quādo. in princip. C. de inoffic. testamen. Bald. in rub. C. de contrahen. emptio. & vendit. ¶ Nec refragatur, q̄ ius uiduitatis reſeruātum illi fuerit iuxta forum Aragoniae, ut comperit ex foro Aragoniae, & sic restrictiue, pro ut in dicto foro debetur, sed quamuis ex foro Aragoniae in Baronia de Spes, & alijs cōsistentibus in regno Aragoniae ius uiduitatis deberi possit, tamen secundum ius Aragoniae nō potest ius uiduitatis deberi in oppido de Anglesola, & in alijs positus in regno Cathalonie, cum dicantur esse extra territorium, & iurisdictionem Aragoniae, & extra territorium ius tuentium nō extenditur. I. extra territorium. C. de iurisdictione. omnium iudi. cap. 2. de constit. in 6. haec enim uerba, & ut, ponuntur restrictiue, & limitatiue, ut per Bartolum in extrauagan. ad reprimendum. in uerbo: ut igitur illa uerba, & in alijs supra contentis sunt referenda solum ad bona in regno Aragoniae sita, cum ex illius foro uiduitas debeat, & non ad oppidū de Anglesola, & ad alia, quae sunt in regno Cathalonie, ex cuius foro uiduitas non dicitur deberi, quia respondetur, quod ista uerba, & ut comperit ex foro Aragoniae, & ibi, iuxta forum Aragoniae uiduitas assignatur, non stant restrictiue, sed similitudinariē pro sicut, seu pro tanquam, uel ad instar, ut in l. si quis. C. de sepulchr. uiola. l. 1. C. de ijs qui parauit libe. occi. l. leges ut generales. C. de legibus, & sententia est, quod sicut ex foro Aragoniae regulariter ius uiduitatis debetur, ita ex conuentione inter ipsos coniuges iniuncta debeat etiam in omnibus bonis donatis, & expressis supra in capitulis, inter quae fuit expressa uilla de Anglesola, & Baronia de Spes &c. Rursum si bona sita in principatu Cathalonie nō dicantur